



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De pollicitationis: & quòd eas explere oporteat. cap. xcv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANN. DAMASCENI

*Element.* Longè quidem optimum est incolumi semper valetudine vii: bonum autem illud quod  
quæ est post morbum in sanitate afferri.

De suspitione: & quod ea fugienda sint, unde sinistra suspiciones  
oriuntur. CAP. XCIIII.

*2. Cor. II.* OLITE dare occasionem his qui querunt occasionem.

*Ignat.* **N**emo vestrum aduersus proximum quicquam habeat. Ne occasionem  
Gentibus detis: ne paucorum stultorum culpa fiat, vt multitudo sancta ac  
diuina quadam virtute prædita maledictis impetatur. G

De pollicitationibus: & quod eas explere oporteat.  
CAP. XCV.

*Num. 30.* **M**NE bonum quod ex ore vestro egressum fuerit, facietis illud. Si  
quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramē-  
to, non faciet irritum votum suum, sed omne quod promisit, implebit.  
*Deut. 23.* Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere:  
quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabit tibi in  
peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum  
est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promifisti Domino Deo tuo.  
*Mal. 1.* Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens im-  
molat debile Domino.  
*Eccl. 5.* Melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.

De superbis & arrogantibus, ac vanæ gloriæ studiosis.  
CAP. XCVI.

*Leuit. 26.* **C**ONTERAM insolentiam superbiæ. Anima quæ per superbiam  
15. aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam ad-  
*Iob.* uersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.  
Timor Domini cadet super vos: & abscedet à vobis iactantia ve-  
stra, tanquam cinis. Cum infirmatus fuerit, non speret sanitatem:  
sed cadet morbo magno. Multos enim afflixit exaltatio. Disperge superbos in  
40. furore tuo, & omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & con-  
funde eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul: & fa-  
cies eorum imple ignominia.  
*Abd. 1.* Si exaltatus fueris, vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detra-  
ham te, dicit Dominus. Væ qui dicis in corde tuo, Quis me detrahet in terram? K  
In interitione deturbauit superbos: angulos eorum desertos reddam.  
*Esa. 13.* Quiescere faciam superbiam iniquorum, & arrogantiam fortium humiliabo.  
Ecce Dominus Deus Sabaoth conturbabit gloriosos terræ cum fortitudine, &  
sublimes contumelia conterentur, & cadent excelsi gladio.  
*Enagry.* Graue est magnificè de se sentire eum qui parua faciat. In omni negotio, opinari rei ip-  
si impedimentum affert. Superba cogitatio virtutem tanquam cribro excutit. Lacus sic-  
cus est animus gloriæ cupidus. Superba anima latronum hospitium est: ac scientiæ so-  
num odit.  
*Nili.* Væ arrogantibus: nam cum sepulcrum ingressus fuerit, tum, qui suam sit, edocetur.  
*Superbia puritati* Quonam pacto anima puritatem queris, superbiæ vinculis astrictus? Atis enim: Pu-  
rum cor habere cupio: sed ipsum puluere ac fumo refertum inuenio. Qui verò fieri queat, vt